

A surgite, nunquid excitauit
Dudu rancisono Diana cornu?
Actutū properate, iam parata est,
Et secum Ascanius suis paratur.
Venatoribus hac die est eundum,
Qua Salaria prospicit lacunas
Claras sulphure Tyburis superbi.
His dictis iuuenum ruunt manipli
De conclaibus omnibus frequentes.
Hic venabula, cuspides ahenas,
Æratas, validasq; ferre bipennes.
Ille hastilia, ferre assecures,
Cruda spicula Martis vniuersi.
Deducunt alij canum phalanges,
Latrantes abeunt simul Molossi.
Mox indaginis unicas sagaces
Tollunt retia rara Muliones.
Procedit Dea prosequente magna
Cauerua, chlamidem recincta pīlam,
Ventilantibus aureis capillis.
Suras purpurei tegunt cothurni,
Aurata ex humero sonat pharetra.
Iungit Ascanius suas cohortes
Solertiſsimus unus inter omnes.
Sublimes Lybicis equis vehuntur.
Aurora interea thorum relinquens
Quadrigis roseis diem vehebat.
Ventum est ad iuga, densosq; saltus,
Conuallis quibus obſidetur ingens.
Praterlabitur hanc ſecatq; riuus
Raueo murmure, leuibus salebris
Limo folidus, hinc & inde ripas
Multæ tectus arundine & palustri
Iunco, nec procul albicat ſalicetum
Dextra, qua vi det Herculis popellum,
Clini ſylua latus tenet ſinistri.
Floret perpetuo, viréisque iuxta
Vaſta planicies feracis agri.
Ut ſignum dedit Ascanius repente
Sortiti iuuenes vicem laboron,
Seruat quisque ſui locum negoti,
Hi vallant aditus, nemusq; cogunt.
Hi per inua luftra muſſitantes
Vestigare feras docent catellos.
Extendut alij plagaſ dolofas,
Disponunt alij feros moloffos,
Hic ſub ilice, & ille ſub vetuſta
Quercu ſternitur: hunc tegit ſupinum
Grauis iuniperi virentis umbra,
Densa ſub platano, & comis opaca.
Qua de colle leui tumore ſurgit.
Diua & Ascanius ſimul recumbunt.
Omnes ſolliciti videre, quenam
Ex tanto veniat labore preda.
Ecce protinus horridus, feroxq;
Aper, ſpumens ore, dente frendens,
Volvens trux oculos modo hic, modo illuc,

G.j.

Sic prorsus Papa & Cardinales ſeruiunt Matri Ecclesiæ: non illi quidē veræ & caſte Christi ſponsæ, fed hinc ſuæ ſuperbae, laſciuæ, & multo luxu diſfluenti, denique potēti venatrici inſtar Nembrod, qualis deſcribitur Ascanij Cardinalis Diana. Sed ut olim iubebatur Ezechiel obſfirmare faciem contra Pseudoprophetillas mulieres, quæ mendacijs Iuis venabantur animos populi, ſic hodie pijs omnibus doctoribus certandū eft aduerſus venatricem hanc animarum Ecclesiā, ad eas liberandas ab exitia libis illius laqueis & mendacibus doctrinis.

Sic Cardinales, magna cura & vigilatia mittunt hinc inde Euāgelij præcones qui populum doceant. Imō reuera ſie aſtutè Hispanicos inquisitores collocant & diſponunt, qui hominunt animas Christo eripiāt, Satanæ autem venētur.

Aper Diana ſagitta trāfixus procumbit.